

attractiua ab interioribus et remotioribus partibus ad exteriora attrahit. et ad se valeret quodam amara ut yerapigra yeralogodion et alia alleata. quod amara cum penetrat ad remotas partes. et extrema magis purgantur quam alie medicinie. tunc materia sic digesta sic attracta medicina congrua euacuat et expellit. caute tamen ne nimia fiat euacuatio. nocet ei corpus quod indoluit et quibus plures humoribus quam malis euacuat. iuxta illud Hippocrati. multum repetere euacuare aut repellere. calescere aut infrigidare. fallax est et nate penitus inimicum. Considerat autem bonum medicinam materiam egritudinis et locum materie. et et vires patientis et secundum se variat medicinam. si enim materia siue humor peccat euacuat. multum profert egro. si vero non infirmum amplius molestat ut dicit Hippocrati. **De medicina attractiua Ca. LXX.**

Medicina attractiua operatur per subtilem calorem et subtilitatem suam facillime penetrat et calore suo attrahit siue ferit. siue aliquid in fixum siue humores qui latent in profundo. Item medicina digestiua est necessaria. quoniam materia est multum dura et compacta. Incidit enim et diuidit materiam. et sic ad expellendum aptam reddit. Et ideo operatur per incisiuam et attenuatam. que subtilitate siue suble coopante calore premit materie separta parte ut in diurencis. Item medicina laxatiua aliquando purgat materiam digestam dissoluedo et attrahendo ut scamonea recepta in stomacho sumum subtile facile penetrantem a se emittit et humores dissolues abominabiles nature reddit atque attrahit eos adiuuante virtute expulsiua et attractos a se eicit et expellit. Quedam laxant sua viscositate lubricando ut mercurialis malua et bismol. quodam vero acumie humores penetrando ut euforbium. quedam sua glutinositate promendo sicut mirabolani. quodam sua salugine intestina mordicando ut semetatriplis. quodam vero dulcedine sua et humiditate intestina infundendo ut cassia fistula. Item medicina strictiua operatur per frigidam grossam in suba. Nam frigide partes coadunant et prius suarum grossicie penetrare prohibent sicut galla. quoniam grossos generat humores. unde strungunt opilando et virtute retentiua proficundo ut escula. que

dam autem restringunt specialiter sanguinem ut coralus. bolus. ematbitbes. plantago et bismol. quod datur ventrem ut citonia mora rosa et bismol. Item medicina induratiua est que vel materiam coagulat et malaginat. et hoc operatur per valde frigidam sicca. vel humida ut psillium sempiuua porzula. solat et silia. Item medicina molliuua operatur per calidam mediocrem et multum humidam. sicut et maturata. Item aptiua. virtutem et attenuatam habent virtutem. apertur ei meatum opilatos et attenuat viscosos humores atque siccos et hoc facit per calidum atque siccum Item modificatiua operatur per dissoluedo ut calamitum vel mollificando ut cassia fistula. malua. l' ere stritate et siccitate sua sordes abstergendo. Sunt autem multe alie species medicine et differene sicut mortificatiua. corrosiua. virtutem. dyaforetica. repulsiua. mitigatiua et bismol. de quibus tractat in libro de simplici medicina. Sed hoc de proprietatibus infirmitatum et medicinae conditionibus put ad prius opusculum pertinet sufficienter ut sic huic negocio fines imponam.

Incipit liber octauus de mundo et corporibus celestibus

Distinquatur autem de diuinitate deo tractatum est de diuinis nominibus de angelorum proprietatibus. necnon de bonis et eius partibus et accidentibus et ipsius diuinitatis plenitudo restat ut ad proprietates mundi sensibilis quantum nobis datur de superman agnomam. ut materiam diuine laudis ex proprietatibus operationum possumus elicere aditibus. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur ut dicit apostolus. Et ideo aliquando mundi boni et preterit ipsius proprietates huic opusculo. breui sub prebendio inserere proponimus ut per similitudinem proprietatum corporaliu. intellectum spirituale et mysticum facillime in diuis scripturis accipere valeamus. **Proprietatibus itaque mundi inchoandum est**

Quid sit mundus Caplm. I.

Unde itaque ut dicit mercurius. dicitur tribus modis Nam mundus dicitur diuinus intellectus

mōs. s. archetip⁹ incorp⁹ inuisibil⁹ & eter-
nus ad cui⁹ exemplū mōs sensibilis est crea-
tus sicut di. **Boeti⁹.** Tu cūcta supno ducis
ab. exemplo pulcrū pulcerrim⁹ ipse **Mūn-**
dū mente gerēs. similiq; imagie formās zc.
Secūdo mō d^r mūd⁹ pⁿuūsitās eoz q̄ celi am-
bitu p̄nēt vt celū i q̄ sydera lucēt. ignis i q̄
oīa calēt. aer in q̄ oīa viuētia spirant et vi-
gent. **Alqua** q̄ t^re latera circūcingit terra q̄
omnia inferiora sustinet atq; nutrit. de q̄ d^r
mūd⁹ p̄iplum fact⁹ est. **Tercio** d^r hō minor
mōs. qz totū mundi imaginez in se rep̄ntat.
Est itaq; p̄m⁹ mūdus et̄nus in diuina mēte
et̄nat^r p̄manēs. scdus mūdus p̄petu⁹ est di-
uina volūtate esse p̄petuū & originē ex illo p̄-
bens. sc̄ius s̄m qd̄ est p̄petuus. s̄m qd̄ est ca-
ducus oīm similitudinē in se gerēs. **De p̄mo**
aut̄ mūdō & de tercio in p̄cedētib⁹ dicitur est
Hūc de mōdo sensibili dicendū est. **Mūdus**
igit̄ vt dicit marci. est vniuersitas creatorūz
p̄globata in s̄pere modū. **Nā** mūdus s̄peri-
cam & circularē h̄z s̄pēm & figuraz. **Nec** fuit
vt dicit **Marcian⁹.** alia figura mōdo ita con-
grua sic orbicularis & rotūda et h̄z p̄pter vni-
uersitatis p̄fectōz. et p̄p̄t̄ illam quā h̄z in esse
p̄petuo cū suo opifice q̄ sine caret & p̄ncipio
p̄figurātōz. **Mūdū** aut̄ totū p̄hi in duas
p̄tes diuiserunt. quaz nobilioz et simplicioz
p̄s supioz & actiua a circulo lune se extēdens
vsq; ad planeticā regionem. **Altera** p̄s ē in-
ferioz passiua q̄ a lunari globo incipit vsq;
ad centz terre inferius se p̄tendit. **Istū** parti-
cularem mōm inferioz describit **Marcia.**
Mūd⁹ inq̄t est circulus ex q̄tuoz elemētis
eīdem totis in s̄pere modū p̄globatis terrā
in medio vndiq; desixā et̄nis celi rapit⁹ cir-
cūcurrens. **Ad** istius mōdi p̄positionē crea-
uit diuina v̄t⁹ p̄mordialem materiā in qua
velut in q̄dam massa erāt potentialit̄ q̄tuoz
elemēta nō distincta sicut mō sed erāt p̄mi-
xta. & illa massa yle a platone in thimeo ē vo-
cata ex q̄ diuina sapia oīa elemēta. & elemen-
tata p̄posuit & p̄durit & p̄p̄ijs q̄litanibus in
regionib⁹ ordinauit singula & distinxit. **Nā**
qd̄ in illa materia calidū fuit et siccū cessit in
materiaz ignis quē rōne sue leuitatis diuina
sapia supius collocauit. **Qd̄** v̄o frigidum &

liccūz in sūma fuit cessit in materiā t̄re quā
sua ponderositas & cōpactio inferi⁹ posuit.
Qd̄ aut̄ calidū & humidū fuit in materiā
aeris cessit. **Qd̄** v̄o frigidū et hūidū in mate-
riā aque p̄uenit. **Et** hec duo elemēta s̄m ma-
iozē vel minorē leuitatē & rarefacibile subti-
litate in medio ignis & terre collocauit. **Nā**
istā materiā p̄mā plato vt potuit in thimeo
sic descripsit. **Fuit** enī yle. i. p̄ma materia sine
q̄litate & sine q̄nutate. sine colore. sine specie
sine loco. sine t̄pe. inē aliquā subam et nullā
existens zc. **Hec** v̄ba multū sunt difficilia in
sic exponunt. qz d^r fuisse sine quātitate. non
qz oīno fuerit sine omni quāto. sed quia nō
fuit det̄miatē q̄ntitatis. quo ad nos sicut ga-
gas d^r imensus q̄ntum excedit alioz hoim
q̄ntitatem. **Ideo** etiā sine q̄litate d^r. qz nō ha-
buit a q̄litate aliq̄ specialiter noiari. non enī
potuit pl⁹ calida q̄z frigida dici. nec ecōuer-
so & sic de alijs. **Sine** colore. qz nō habuit ali-
quē colozē innatū in aliq̄ elemēto. **Sine** t̄pe
fuit qz nōdum fuerāt t̄pa et tempoz vicissi-
tudines q̄n̄ hec materia ē creata. **Sine** loco
fuit. qz nō habuit determinatū locū pl⁹ sur-
sum q̄z deorsum. nec plus in latū q̄z in lōgū
Inē aliquā subam est & nullā. qz nulla suba
materialis p̄cessit illā. s̄z aliq̄ est secuta. **Ma-**
teriale igit̄ p̄ncipiu⁹ mūdū inferioz fuit illa
materia inuisa sc̄z p̄ma materia cōmunis q̄
oīm formaz et qualitātū fuit susceptibilis.
que etiā sub diuersis specieb⁹ et formis p̄ser-
uat. **Permanet** ei hec materia q̄ ad subam
incorrupta q̄suis p̄tinue q̄ ad q̄litates trans-
mutabilef alteret. qz ista materia q̄ modo p̄-
rarefaciōem manet sub forma ignis et sub
igne. statim p̄ p̄densatōz induet formā aeris
que p̄us sub specie ignea fuit ignis. **Ex** quo
p̄t̄z qz p̄ma materia q̄ mūdus materialit̄ cō-
stat est ingenerabil⁹ & incorruptibilis a qua
oīa materialia incipiūt & in quā redeūt tan-
q̄z ad matrīcē. **Mūdus** itaq; ex reb⁹ mltis
oppositis & p̄trarijs est p̄positus & in se est
vnus. **Mūdus** ei vnus est numero & nō plu-
res mundi. et h̄z p̄pter materie vnitatē sicut
in libro d^r de celo et mūdō. **Occupat** ei totā
materiaz suam sicut ibi d^r in ca. de eter. mū.
Mūd⁹ ergo d̄ quo h̄ loq̄mur nō ē diuers⁹

in se neq; diuisus fm subam q̄uis in ipsi⁹
 p̄ibus inueniat p̄arietas. quo ad aliquaz
 q̄litas repugnantia. Summa eni ⁊ neces-
 sariaz bz m̄ds in suo toto p̄uenientiaz et q̄si
 q̄ndam. musicā armoniā q̄uis in aliq̄bus
 eius p̄ibus p̄pter qualitates repugnantes
 aliquā parti dissimilitudinē videat sic exp̄sse
 dicit Aug. sup̄ gen̄. Transibit aut̄ mūd⁹ iste
 quo ad istā passibilem quā modo habz spe-
 ciem ⁊ figurā. Sed p̄manebit i esse p̄petuo
 quo ad subam et naturaz sicut idem asserit
 augustinus. Et dicit glosa ibi. Celum et ter-
 ra trāsibit ꝛ. **M**atth. xxiii. Ex q̄ p̄tz q̄ m̄ds
 rōne sue mutatōis est si q̄dē admirāndus. ni-
 bilominus t̄n p̄pter materie nobilitatem. ⁊
 forme v̄tualem actualitatē. ⁊ p̄sequens p̄-
 ductionis ⁊ generatōis rez taz facilem po-
 testatē n̄ tā ipse mūdus q̄z mūdi opifex de⁹
 sup̄ oia est laudād⁹. **N**ulla ei ē tam vilis tā
 infima in tota mūdi machina p̄s siue picu-
 la in qua tā in materia q̄z in v̄tute et forma
 nō reluceat laus diuina. **N**ā i materia ⁊ forma
 mundi q̄dam est differētia. sed cū armonia
 est p̄summa. **N**ā illa p̄s mūdi que fm na-
 turam purior ⁊ simplicior est atq; nobilior.
 vniformē habet inclinātōz et appetitum ad
 nobilioris forme susceptōez. ⁊ que sp̄ualior
 ē magis est inclinabilis ad formā sp̄ualiorē
Un materia celestis simpliciorē ⁊ nobiliorē
 reddit et exigit formā q̄z elemētariis. ⁊ et ip̄a
 materia celestis nobilior est et simplicior in
 nobilior corp̄e vt in sole q̄z in luna vt in mer-
 curio vel in marte. **M**ateria ei elementaris
 nobilior ē in igne q̄z in aere vel in ceteris. vn̄
 grossior est materia in terra q̄z in alijs. **N**āz
 ibi s̄ p̄les p̄tes materie aggregate fm arist̄.
 vn̄ dicit q̄ ex vno pugillo terre fiunt decē aq̄
 imo materia vn̄ius elemēt purior est i vna
 p̄te q̄z in alia. sicut dicit in p̄mo methorum.
 p̄tes ei ignis superiores nobiliores et simplici-
 ores ⁊ p̄tes terre centrales sūt grossiores cō-
 paciores ⁊ impuriorez. **C**ū eni p̄tes mixto-
 rum sunt ab elementis fm q̄d p̄tes elemēta-
 res sunt puriores vel nobiliores sūt mixta
 simpliciora vel puriora. Et fm q̄d ecōuerso
 est in elementis ecōuerso est in mixtis. **N**o-
 bilior itaq; materia mūdi p̄sturiua. nobili-

orū indiget forma. Et ideo solet disponi ma-
 teria fm q̄d exigit forma. qz si d̄ terra debeat
 fieri ignis. oportet q̄ materialis terre grossi-
 ties subiliet et depuret. et sp̄ualior ⁊ simpli-
 cior efficiat vt sic simplicior forma scz ignea
 induat. Et vt breuiter dicā necesse est vt fm
 forme p̄prietatem ipsa materia p̄paret. **C**ō-
 siderat itaq; mundi nobilitas fm sui partes
 digniores ⁊ etiā effectus nobiliores. Et ideo
 p̄s mūdi superior reputatur dignior. quia ibi
 materia est purior ⁊ forma ē pulcior et vir-
 tus amplior in superioribus inuenit. Tanto
 eni mūdus in vniuerso pulcior est ⁊ decen-
 tior: reddit quanto deforme p̄s mundi infe-
 rior superioris pulcritudine. decentiori gloria
 insignit sicut di. **A**ugustinus. que dā p̄fectio
 claritatis ⁊ v̄tutis que in superioribus p̄cellit
 ad p̄fectionē inferior ⁊ decorationē p̄tinue
 se diffundit. **Q**d etiam videt infima p̄s mū-
 di in decore ⁊ lumiofitate amisisse **R**ecupe-
 rat in fecūditatis grā et v̄tute. **N**ō enim mi-
 nus est admirāda t̄re virtuosa fecūditas in
 p̄ductione herbarū arborū florum ⁊ fructuū
 in generatōe varia aialū ⁊ reptiliū. **I**n va-
 ria p̄ductione metalloz gemaz et lapidum
 q̄z sit admiranda celi claritas cū diuersitate
 suoz orbium ⁊ astroz. Et q̄uis mūdus tot
 laudabilib⁹ rez differentijs sit diuie v̄tutis
 insignitus potētia. multis t̄n defectib⁹ et cō-
 ditionib⁹ miserabilib⁹ q̄ntum ad ei⁹ inferi-
 orem p̄te v̄ndiq; est subiect⁹. **N**ā mundus
 iste q̄uis videat eē genitor ⁊ nutritor corpo-
 rum. carcer t̄n est spiritūū et aiaz durissimū
 exiliuz est ac locus miseriaz innumerabiliū
 et penaz. **N**am mūdus locus est reatus et
 trāsgressionis. **I**ncolat⁹ et p̄grinatōis. do-
 lozis ⁊ lacrimationis. laboris ⁊ fatigatōis
 horrois ⁊ p̄fusionis. motus et mutationis
 flux⁹ et alteratōis. trāsit⁹ et corruptōis. inso-
 lentie ⁊ p̄turbatōis. violentie ⁊ opp̄ressionis
 fraudulētie ⁊ deceptionis. **I**n mundo nihil
 aliud inuenit q̄z vanitas. malignitas. cupi-
 ditas. anxietas. d̄fectibilitas. ⁊ verustas. mū-
 dus notos allicit ⁊ diligit. ignotos abijcit et
 p̄temnit. mūdus multis obest paucis p̄dest.
Amatores suos decipit et fallit. **N**ā multa
 p̄mittit. s; ad vltimū pauca soluit. **P**rempto

res sitos ad modū vmbre īsequit̄ et apprehē-
dere n̄ desinit. s̄ suos seq̄ces fugere satagit̄
pretendit. et iō illos q̄s maxie diuitijs et bono-
ribus h̄ extollit. in fine maxie depaupare et
deicere cōsuevit. Et vt v̄bis beati Greg. vtar
fugied⁹ est m̄ds etiā si p̄speris nos d̄mulcet
Qui ergo tot calamitatib⁹ pulsat q̄d aliud
q̄s vt deserat clamat. Et hec de pprietatib⁹
mundi in generali dicta iam sufficient.

De celoz distinctione Caplm. II.

Nunc ad descri-
bendas pprietates ei⁹ aliquas
de celo et ei⁹ pub⁹ xpo adiuuā-
te manū apponam⁹. Nā celus
angeloz et boīm bonoz locus est et habita-
culum vt di. Beda. Celum aut̄ fm̄ sanctorū
traditōnes aliud est visibile aliud inuisibile
Celū aut̄ visibile est multiplex. sicut di. glosa
sup̄ deut. x. abi. celū d̄ni dei tui est et celus celi
Septē sunt celi. s. aereū. ethereū. olympeus.
igneū. firmamentū. aqueū. empireū celum.
scz angeloz Celū itaqz aereū vocat̄ medium
aeris intersticiū. q̄da grossis vaporib⁹ aq̄
et terre nō poia ē infectū. vñ illa ps aeris pu-
rior. et ab inferiorib⁹ qualitib⁹ impmixtor
pp̄t sui puritatem et dyaphanitatē siue na-
turā transparentē celi noie nūcupat̄ sicut d̄
sup̄ Matth. xii. volucres celi comederunt
illud zc. Celū ethereū fm̄ q̄sdam vocat̄ supre-
mum aeris intersticiū q̄d īmediatius spere
ignis ē iunctū et d̄ ethereū. qz illud mediū
in ignē et aerem p̄tinū est ab igne splendo-
ris et illuminatōnis receptiū. Etheros enī
grece splendor d̄ latine. vt di. Iud. Celus vō
igneum fm̄ q̄sdam vocat̄ centrū spere ignis
pp̄t ipsius ignis puritates subtilitatē et lum-
inā quā habet p̄ cetis elemētis actualitatez
et p̄pter alias q̄sdam nobiles celestes q̄s ple-
quit̄ ex vicinitate orbis planetaz pprietates
fm̄ Greg. aut̄ sup̄ locum illū iob. Intuere ce-
lū et p̄templare ethera zc. Noie etheris intel-
ligit̄ tota regio a lūa vsqz ad stellas fixas in
qua sūt orbis et circuli septē planetaz. Que-
re infra primo de ethere q̄d sup̄ hoc sentiat.
Marci. Alexander sic ordinat septē celos
dicens. Primum celum est luminis datiuus

vniforme et nō motū. s. celum empireus. Se-
cundū celū donatiū dicit̄ esse luminis vni-
forme et motū. s. aqueū et cristallinū. Tercū
datiuū luminis nō fm̄ oēm prem luminosi-
tatis vniforme et motū vt celum stellarum.
Quartū est receptiuus lumis sine calore scz
olympicū. Quintū est receptiuū lumis cū ca-
lore. s. celū igneū. Sextū est receptiuū lumis
iunctū cum pre superior et d̄ celū ethereus
Septimū est receptiuū lumis iunctū cum
pre inferiori. s. aereū. Et sic v̄bis vocare olym-
pum regionē orbium planetaz. qz illud spa-
cium est p̄tinue luminosus. Firmamentū aut̄
vocat̄ celū p̄m fm̄ p̄hos et vltimū in cui⁹
p̄uexitate sita sunt corpa sydez et stellarum
Nam p̄hi nō ponūt nisi solū celum vnum.
imo vt dicit basilius in exameron. P̄hi
linguas coroderēt qz p̄les celos esse sent-
rent. Illud aut̄ celū scz firmamentū sic d̄scri-
bit arist. in li. de causis elementoz. Celum in-
quit̄ est q̄ntū elementū ab elementis inferio-
rib⁹ discretū naturali pprietate ac distinctū
Neqz ei graue est qz tūc descēdere posset. ne-
qz leue. qz tunc forsan ascēderet. qz si eēt vnū
ex q̄tuor. vel esset cōpositū ex quatuor. ingre-
derēt in ipsuz corruptio vniuersali v̄ p̄cu-
lari. imo sicut d̄ ibidē. Creator posuit ipm
cām et p̄ncipium generatōis et corruptōis
Et iō necesse fuit ipz eē ingnabile et incor-
ruptibile ne p̄querēdo generatōis et corrupti-
onis p̄ncipio esset abire ad infinitū. Est aut̄
celū illud inq̄retus et mobile vniuersali. cui⁹
mot⁹ est reuolubilis sup̄ medium. s. sup̄ arē
q̄ stat fixos inē duos polos īmobilis. s. meri-
dionalem et septentrionalem et illd celū est fini-
tum q̄ ad dimēsiōnē et loci extensionē sed est
sempiternū q̄ ad motū. Adouet̄ ei a moto-
re infinite potētie. a dō q̄ est sublimis et glo-
riosus in secula. hucusqz arist. in li. de ca. ele.
Vocat̄ at̄ polos duas stellas in sumis celi
extremitatib⁹ in ipsi⁹ medio sup̄ et inferi⁹
collocatas qz vna est sup̄ posita in medio
celi ad septentrionē et d̄ polus arctic⁹. Alia
est ex opposito ad meridiē et d̄ pol⁹ antar-
ticus q̄li p̄ polū arcticū posita. Inter duos
istos polos q̄li inter duas sui extremitates
celū obliq̄ mouet̄ ab oriēte vsqz ad occiden-

tem. et ab occidente itez vsq3 ad orientem. et hoc semp vniformiter sic rota mouet circa axem. vñ axem vocat arist. qñdā lineā intellectualem porrectā a polo vsq3 ad poliū dya-
metraliter et extensā. circa cui⁹ mediū tonus celi ambit⁹ equalr circūferē sicut ibidez dicit pmetator. **E**st ist⁹ celi natura dicitur in libro de ce. et mun. s̄m nouā translatoēs. **C**elū inquit est vnū ppositum ex materia quoniā pmet materiam ex qua et celū noiat. que dicitur in celsus tot⁹ sc3 vnuerli. et sequit in eodez. nō sunt neq3 fuerūt. neq3 erūt celi mlti. **C**elū enī est vnū pfectū ppletū cui nō est sile. neq3 ē locus extra celū. neq3 corp⁹. neq3 vacuitas. neq3 plenitudo. neq3 tps qd est numer⁹ mor⁹. vñ illic est vita fixa. s̄. extra vltimū. et est sempiterna. que neq3 deficit neq3 finit. et illa est vera vita. **I**te idēz ibidē. celū neq3 fabricat⁹ est neq3 generatū. sed simplex ē. cui⁹ mor⁹ ē eq̄lis in q̄ nō est diuersitas et est mor⁹ ei⁹ singularis et circularis cuius motor est spūs q̄ mouet illd sua volūtate. et p̄nuat radi⁹ celi cū radio ignis et p̄nuat⁹ est cū illo ad vtilitatem boīm pp̄ pmanentiā vite. **F**irmamentū itaq3 vocat celū. q̄ solidū est et firmū. q̄ imminum h3 intransgressibile vñ p̄ nimia firmitatis sui permanentia incorruptibile est et imutabile tā in suba q̄ in forma. **E**st atq3 forma ei⁹ s̄perica et cōuexa et quasi p̄caua q̄ ad nos. sed quasi p̄uexa q̄ ad ea que sunt supra celū cui⁹ mor⁹ est naturalr circularis et mouet oblique et circularit̄ ab oriēte in occidētem. voluitq3 secū et circūducit motu simplici et vniformi infra diē et noctis spaciū totū qd sub ipō ē. vsq3 ad ignis regionē. vñ orbē septē planetarū secū rapit et circūducit. **O**mne aut qd sub ipō est. vt dicit raban⁹. vñ ei⁹ mouet obedit ordie vniformi et imp̄turbatō. vñ vsq3 ei⁹ motiua sic ipemet dicit super positōne gen. exēdit se vsq3 ad inferiora bec elemēta. vñ et ignē supiorē credit secū circūrotare. puenit q3 buiul mouet vñ vsq3 actio vsq3 ad aerē et vsq3 ad aq̄e in qb⁹ q̄ ad fluxū et refluxū. in pre marina facit exuberatōnez **D**ec atq3 tria elementa. s̄. aer ignis et aqua obediūt qdē motui celi. s3 nō vno mō neq3 vno ordine ipm imitant. sed s̄m magis et minus

et qd sup̄ est et leui⁹ et puri⁹ obedit magis et qd est min⁹ tale sequit tard⁹ et obedit min⁹ **T**erra huic celesti motui nō obedit et virtuti vt ab eo suscipiat localem motiones. q̄zuis ad p̄ducēdas ex se spēs diuersas eius suscipiat imp̄ssiones. h3 igit firmamentū sicut dicit idē raban⁹ q̄ ad motū in celsū vniformē. ordina-
tū et imp̄turbatū. oim tñ motū velocissimū vñ ne pp̄ velocitatē mor⁹ ei⁹ mundi machina dissoluat. retardat ordina-
tō motu plane tar. et sic mor⁹ ei⁹ imp̄t motu p̄rario mōderat. **M**ouet q3 et quiescit. q̄ licet in p̄b⁹ mutet sūū. tñ i toto neq3 sūū mutat neq3 variat locū. **T**urbans igit inferiorib⁹. et q̄ si casualit̄ fluctuātib⁹ celū cū suis orbib⁹ ordis sui tenorē saltē in p̄cto nullaten⁹ derelinq̄t vñ mor⁹ celi ē ron⁹ tps p̄mū subiectū et mōd⁹ et regula oim morūū aliorū. **E**st igit firmamentū mediāte motu suo gn̄atōis et corru-
ptōis i mōdō inferiorū p̄ncipiū effectiūū. **E**t rō vt dicit rabanus. q̄nā firmamentū sui lumis virtutē generatōis effectiūā ad trā tanq3 ad p̄p̄ū centz dirigit et destinat. et radios suos in ire sup̄ficie aggregat marie et coadunat. sicut oñdit in scia p̄spectia. **O**mne ei⁹ corp⁹ s̄pericū p̄cauū et lumiosum in qlibet p̄cto suo dirigit vnā lineā radiosa in centz illius corpis lumiosi ad sup̄ficiē cētri. et q̄nto qlibz linea radiosa ē vicinior alteri linee creūt ad sup̄ficiē cētri. tāto ex vicinitate vñ ad aliā est formoz ad imp̄mendū in centro effectum suū. **E**t q̄ manifestū est q̄ cū corp⁹ celi sit s̄pericū. p̄uexū et lumiosū. et trā resp̄ctū magnitudinis celi nō obineat nisi vicē p̄cti cum sit centz. in trā necessario sit maria aggregatō celestū radiorū. **E**t q̄z virtute et p̄actu fit maxima generatō et p̄ductio rez generabiliū in terra q̄ est centz ipsi⁹ firmamenti. et q̄zuis sit p̄ncipiū gn̄atōis celū. nō tñ recipit generatōne in se vel corruptōz vel diminitōem vt augmentū. **N**ā celū in suba h3 summā simplicitatē vniformitatē. et puritatē nullā h̄ns p̄tū diuisionē nec p̄rarietate. et iō nullā habet ex se potentia ad corruptibilitates. vñ sic arguit arist. in li. de ce. et mun. **D**is inquit corruptio est ex p̄rarijs. celo aut̄ nihil inuenit p̄rariū quare celū nō corrūpit. **C**elū etiā

quod sit in se et ex se sit uniforme. tñ h3 neca-
rio ples orbis et circulos in figura et magis
dine lōgitudinis et latitudis differētes ppter
diuersas māiones qbus indiget mortales.
vt di. arif. i. li. de causis elemētoꝝ et alias. nā si
fm vnā dispositiō et mensurā recipet mōs
inferior influentiā radioꝝ paret alimentum
mortalū et generatio oim inferior. Et iō ne
cessariū fuit motū celi esse obliquū vt ex ele-
uatione et Dep̄sione orbū nūc calor nūc fri-
gu s in cētro generēt. vñ si directe celū moue-
ret q ad nostꝝ sitū. oia calore vel frigore i no-
stro situ bitabili psumerent. vt di. Arif. Nec
solū attendit in celo puritas et incorruptibi-
litas ex pte materie veyetiā pulcritudo et cla-
ritas ex pte forme. vt di. Arif. in li. de sensu et
sensato. Celū ex sui nata splendidiū est. sed in
pub^o ei^o est differētia. Nam in stellis ē maior
aggregatio lumis q in alijs pub^o ipsi^o celi
An ex pte forme h3 rotūditatē cū pueritate
pueritatē cū claritate. dyaphaneitate siue
trāsparenū et pspicuitatē vniuniformitates in
toto sed in pubus diuersitatē. ex mutuo cō-
cursu orbū et motu p̄trario planetay dicūt
sapientes generari cōcentū et armoniacā sua-
uitatē. An macro. in li. ciceronis. exponens
scipionis somniū in. vi. de rep. lib. 20. Impul-
su et motu ipsoꝝ orbū efficiē son^o ille q acu-
ta cū grauib^o t̄pans. equalē sonū facit et con-
centū zc. Propter bec dicit in li. d. ce. et mū. in fine
q celum mot^o sui p̄nuitate in flāmat illud
sup qd mouet. vñ ether ex motu celi ignitur
Motus ei causat calozes. vñ ibidem dicit p se
et sensibiliū inuenit q ex motu fit calor et ex q-
ete frigiditas. et iō calor materias emollit. et
dissoluit. frigiditas vō aggregat et p̄stringit
vñ ptes elemētales motui celi vicini^o exntel
ceteris pub^o mūdi inferioris sūt calidiores
vt p̄t in igne et in aere. In t̄cio aut elemento
scz in aq est mot^o debilitat^o. et iō in ea est fri-
giditas sed n̄ in vltio. In q̄rto aut scz in t̄ra
pp̄t nimīā elōgatōz a motu celi fit p̄stricō
in vltimo pp̄t calozis absentia dñum frigi-
ditatis. Et iō terra p̄manet q̄escens et p̄ben-
nis vt nō moueat sicut di. Arif. ibidē. Ho-
bilitas itaqz celi attendit in materia et suba
in forma in motu in situ in sube sue simpli-

itate puritate et p̄petuitate. In forme clari-
tate dyaphaneitate siue pspicuitate et in spe-
rica orbicularitate. In motu vniuniformitate
velocitate et i v̄tute siue sublimitate. qz
ad sitū a centro terre maxie distat et in dimē-
sua q̄nitate. qz eis magnitudo imaginatō
nē. imo rōnis mēsurā supat in p̄tate. qz oia
inferiora sibi subdita regulat ordinat et men-
surat. Et qd sup oia mirabile est. oia inferiora
celū ordinat et imutat et tñ a nullo inferiori
se imutatōz aliquā recipit. nec aliqd sibi
dissimilem nata et v̄tute aliqua ipsi celesti
corp̄i se p̄format.

De celo aqueo siue cristallino
Capitulum III.

Ex tū celū est aq/
us siue cristallinus qd ex aq̄s posi-
tis sup firmamētū diuitant potē-
tia est formatū. aq̄s ei esse sup celos colloca-
tas diuie sēpture autoritas nob̄ tradit. que
ita se leuigate et subiliate. q̄ i materiā celestē
sunt p̄uerse. et iō p̄manent ibi fixe. Beda tñ
dicit q̄ aque ille celestes nō vaporali tenuita-
te. sed granli q̄daz soliditate v̄tute diuina sup
firmamētū se suspēse. et h̄ mō ad ipet^o firma-
menti moderatōz vel ad calozis generati ex
ei^o velocissimo motu rep̄sionē. Op̄io enim
fuit Bede q̄ celū ignee sit nate sicut platon
ci posuerit. An di. beda. Celū est subtilis et
igne nate rotūdiū a centro t̄re equalib^o spa-
cijs collocatū. Et iō forte beda videbat q̄ iō
fuit necesse ibi eē aq̄s vt calor ille celestis ad
t̄pantiaz duceret q̄ ex tali inflamatiōe mōs
inferior dissipendiū nō pateret. ex frigiditate
ei naturali illay aquay sup firmamētū verti-
cem positay dicūt aliq̄ stellā saturni eē frigi-
dam pp̄t illā quā h3 rōne sui sit^o cum firma-
mēto vicinitatē. Dicit etiā q̄ firmamētū p
v̄tutē illay aquay infrigidatū infrigidat or-
bem sat̄ni sibi magis primū et vicinū. Sed
qliter istud possit fieri rōnabili nō est p̄sp̄-
cūe rōe v̄tētib^o māifestuz. Nam cū aq̄sa suba
rōne v̄tūsqz qlitatis sue. s̄būditatis et frigi-
ditatis celesti sube penū^o sit p̄traria. on est
bñ liq̄dū philosphātib^o qlitē inē corp̄a tam
disparia possit vnitas aut p̄cordia aliqliter

ueniri. Et in scriptum est iob. xvij. Qui facit
 concordia in sublimibus suis. Ideo alio modo sen-
 tiunt et opinantur moderni qui interiora philosophie spe-
 ctantia profundius ut arbitror se scrutant. Dicit
 ei Alexander quod aequale ille que super celos sunt non se-
 ibi posite ut frigide et fluxibiles et huiusmodi vel et
 sicut solide, congelate, et poderose. Ite ei pro-
 prietas sunt etiam in se habentes contrarietate et sibi
 mutuo repugnantes, sed potius per ordinacionem
 diuine sapientie que ille super firmamentum sunt sub-
 mobilissima nature sue ordinacione diuine collo-
 cate, put nature celesti maxime sit propter quod et huiusmodi
 est nature proprietatis et transparentie que
 principaliter subtiliter inuenit in natura aequale ratio-
 ne cuius habet uenientiam et cum celo empireo et etiam
 cum firmamento. Et ideo posuit dominus aequales infe-
 rius sub ratione frigidi et humiditatis cum alijs ordina-
 tionibus necessarijs ad generacionem et corruptio-
 nem seorsum posuit in ratione spicui, put fuit ne-
 cessarium ad uniuersitatis preseruationem. Et ideo
 dicit celum esse dictum aqueum et crystallinum ratio-
 ne mobilitatis et spicuitatis. Est ei spicui-
 um ad modum crystalli, a superiori celo scilicet ab
 empireo, luce vel luminositate plenitudineque
 recipiens et receptum ad inferiora diffundens,
 et ideo dicitur celum quasi nobis inuisibile et occultum
 crystallinum uero quod dicitur. Et ideo in summo dicitur
 crystallinum, non quod dicitur sicut crystallus. Sed quod
 uniuersum est luminosum et spicuum. Aqueum
 autem dicitur quod admodum aque ex sua subtilitate
 et mobilitate mouetur, et illud motum mouet ce-
 lum primum et illud ulterius mouet quod sibi est
 magis propinquum. Et ideo illud celum quod mouet
 inferiora, inferiorum mobilium precipue est preser-
 uatum ut dicit alexander.

De celo empireo ¶ Ca. III.

Celum empireum

est primum et summum celum, locus angelorum
 regio habitaculum hominibus. Et dicitur empireus a
 parte quod est ignis quasi totum igneum sic dicitur non ab ar-
 dore, sed potius a lumine et splendore ut dicitur. Ite.
 Ite dei celum summe est lucidum, influens lucem
 et splendorem super celum crystallinum sibi propinquum
 et primum. Est autem de natura sua uniuersum si-
 ne stellis, et sphericum ut dicitur. Dama. Ideo est
 sphericum, ut rex spiritualium et corporaliu sit co-

tentum. Est ei naturaliter quietum immobile scilicet
 et immotum. Vnde illud celum non est necessarium
 propter continuationem generacionis inferiorum
 sed potius ut dicit alexander ad completiones uniu-
 uersi in genere corporum, secundum determinata ex-
 tremum ad medium est autem opacum in summo, scilicet terra
 et luminosum in summo scilicet celum empireum et utrum-
 que corpus scilicet extremum summum et infinitum
 est de se immobile et quietum. Ite celi proprietates
 describit rabanus utens uerbis basilij in exame-
 ron sic dicens. Celum est empireum est corpus pri-
 mum, natura simplicissimum de corpulentia huius-
 modii, quod subtilissimum, primum mundi firmamen-
 tum, quantitate maximum, qualitate lucidum, fi-
 guratorem sphericum, locali situ summum, quod a cen-
 tro remotum, amplitudine sua spirituum et cor-
 porum uisibilem et inuisibilem continentium, dei sum-
 mum habitaculum, licet ei deus sit ubique et in spe-
 ciali dicitur esse in celo, quod ibi relucet potissime sue
 uirtutis operatio, et ideo celum dicitur specialiter sedes dei,
 quia in corpore mundi species celi pulchrior est, ut
 dicit Dama. In celo diuina uirtus manife-
 stius operatur.

De ethere ¶ Cap. V

Ether grece splen-

dor dicitur latine. Ether secundum philosophum est su-
 perior regio summum intersticium aeris
 et ignis ubi est perpetuus splendor luminis siue
 lucis, anaxagoras autem dicit, nomen etheris
 est nomen ignis. Et hoc putauit ut dicitur aristoteles,
 propter ipsius inflamacionem que causatur ex ve-
 locitate sui motus. Vnde secundum ipsum anaxagoram
 inflamans et inflamabile uocatur hoc nomen
 Marcianus autem dicit quod ether est locus ab
 inferiori mundo separatus inuisibilis respectu
 inferiorum que patiuntur multiplicem uariationem.
 In ethere uero ubi dies est perpetuus non diu-
 no lumini non succedit nec mixtum, quod tam altum
 locum umbra terre que noctis causa est in ether-
 re non accedit. secundum aristoteliem uero in libro meteorum
 ether nihil aliud est quam unum elementum, nec
 est ex elementis quatuor, quicquid enim su-
 pra lunarem globum est nature est separe a na-
 tura inferiorum elementorum, unde ether ne-
 que est graue, neque est leue, neque rarum, neque
 densum, neque per alterius corporis penetracionem

diuisibile. Naturā enī ethereā nlla ingredit
 corruptio l'alteratō vniuersali v' particulari
 qđ ei accideret si ex elemētis ppositiōez aut
 originē traxisset. Anaxago. tñ dicit q ether
 est aer inflamatus & dicit qđ qñz descēdit infe
 ri⁹ & i'ra occultat. vñ ppē sui subtilitatē. nūc
 sursum. nūc deorsū regirat. vñ tremor⁹ gignit
 ex virtute etherea i' tre viscerib⁹ occultata. sed
 dicit arist. q' hmo iste est error. qmā subtile n̄
 descēdit deorsū et et si descēderet hāc opatō
 nē nō faceret. fm Macro. at splēdor etheris
 sub spera celi p ambuū ton⁹ mōi rutilat & re
 fulget. p'inet at in se o'bes septē planetarū q
 mouent p motū firmamenti. Inferior itaqz
 p' etheris velocitate sui mor⁹. inflammat su
 periorē p'ē matie elemētari⁹ & ex illa inflama
 tōe gignit spera ignis. sic dicitur in li. de ce. et mū.
 in fine. Ex matia ei sic ignita n̄ gignit nec in
 flammat ipe ether. qz ab inferiorib⁹ nō recipit
 aliqz imutatioz qzuis inferiora ab ipō imutēt
De spera celi Caplm. VI.

Spera celi ut dicit
 est spēs qđā in rotundū forma
 ta ab eodē in idem circa suū centz
 eqs spacijs circulari reuoluta. hāc speram
 neqz pncipiū. neqz finē habere pbi asserunt.
 Ido ppē sui circulaonē vbi incipiat & vbi fi
 niat nō facile apprehēdit. nec fuit aliq' figura
 celo pueniēti⁹ qz sperica. tñ ppē sui i' p' sim
 plicitatē. tum ppē capacitatē. tuz etiā ppter
 vniūformitatē. vt di. 31. Spera itaqz fm Al
 pbraganū est orbicularis sup'ficies celestis
 corpis in q' fixe stelle p'inet & h' spera duob⁹
 polis circūuoluit. qz vnus est septētrional'
 q' nunqz nobis occidit et dicitur polus arcticus
 id ē borealis. Al' pol⁹ est antarctic⁹ seu au
 stralis q' nunqz a nob' videt. vel ppē nimitā
 a nobis elongat⁹ v' ppter terre in'positiōz
 Inter istos duos polos q' h' inē duas mūdi
 extremitates spera celi voluit et mouet & cū
 ipsi⁹ motu stelle in eo sūt ab oriente in occi
 dentē. et iterū ab occidēte in orientē motu di
 urno & nocturno. xxiiij. horaz spacio circūse
 runt. Tāta at celeritate sperica celi circūserit
 q' nisi aduersum eius p'cipitem cursum pla
 nete occurrerēt & ei⁹ impetū moderarēt ma

china mōi dissoluerēt. et idō fm Alpbaga.
 septē o'bes planetaz sunt sub spera mutuo
 se interfecātes p quos planete motu p'ono
 incedētes. raptu firmamēti obuiāt & etiam
 ei⁹ velocitatē repmūt & retardāt. voluit autē
 tota spere moles oblique circa mediū. s. cir
 ca axem. Est autē axis qđāz linea intellectuā
 que recte p mediā pilā spere tendēs in duos
 polos se extēdit circa quā celi ambit⁹ quasi
 rota circa axē circulari se reuoluit. Cardies
 autē celi sūt extreme pres axis q' infigunt ipsi
 polis. Et sūt cardines dicitur. qz sic cardo hostij
 in poloꝝ p'cauitatib⁹ reuoluūt. et sūt isti car
 dines p'xi recurui. s. circūflexi. vt di. 31. Ido.
 Spera vō celestis medietas dicitur emisperiū. s.
 p' q' a nob' totalit' videt. sed ob defectuz vis⁹
 terre p'ungi putat. vñ et circūl⁹ vbi finit oriz
 zon. i. visus terminatio nūcupat. vt di. 31. Ido.
 Recollige igitur breuit' ex p'dictis. q' spera celi
 est lumiosa suba luminis vsqz ad centz suū
 id ē. vsqz terrā diffusiuā. cui⁹ circūferentia ē
 a centro i're remotissima. Et idō illa q' in celo
 sunt maria. nob' ppē summā distānā videt
 esse mima. oim inferior⁹ est p'entua. oim in
 ferioꝝ ē ordinaria informatiua. generatōis
 & vegetatōis effectiua sibi p'arioꝝ rapiua
 et attractiua. Hāc mor⁹ sui violētia planetas
 sibi obuiātes p' se trahit. fm armoniā est p
 celliua. Hāc sicut dicitur arist. in li. de p'prietatib⁹
 elemētioꝝ ex ordinato spere motu & p'uo pla
 netaz occurru. gignit in orbe stridor. i. armo
 nia. vñ Macro. ipulsu et motu ipsoꝝ efficit
 son⁹ ille et acuta cuz grauib⁹ spans efficit
 p'ētus varios & diuersos. sed ppē nostri au
 dit⁹ defectū et illi⁹ soni excessū armonia illa
 a nob' nō audit sic moueri solē videre n̄ pos
 sum⁹ qzuis cūssime moueat. Hāc radiouz
 claritate acies visus nostri superat.

De circulis celi // Caplm. VII.

Circuli celi sūt plu
 res qz duo sūt visibiles. s. galaxias &
 zodiacus. Alij sunt inuisibiles. s. cir
 cul⁹ eq'noxialis diuidēs duo emisperia. tan
 gēs zodiacū ei arietē & in libra. Ali⁹ ē circūl⁹
 solstitialis estual' eo q' sole in eo exire. fit sol
 sticiū estuale. Iste circūl⁹ tāgit zodiacū in

cancro et est quasi iunctio nostri habitabilis et torri
de zone. **Al** est palellus siue circulus septetri
onalis siue arcticus et est quasi diuisio nostri habitabi
lis et frigide habitabilis. Circulus vero qui est ex parte
torride zone et alterius habitabilis zodiacum tangit in
capricorno et dicitur iste circulus solstitialis hyemalis
eo quod sole exiit eo fit solstitium hyemale. alius
est palellus siue circulus antarcticus seu australis
visus austris et opponitur arctico palello. **D**icitur
autem hi circuli palelli quasi circuli equidistantes
a para quod est iuxta et lele quod est distans. equi
liter ei distat ab inuicem palelli. **S**unt proter hec
duo circuli qui dicuntur coluri. Colurus septetri
onalis qui incipit a polo septentrionali per cancrum
et capricornum circulariter procedens iterum redit ad
suum principium. **Al** est colurus australis per libram
in arietem similiter redit ad suum punctum et dicuntur
coluri quasi colla tauri a cauda bouis silue
stris qui erigens caudam circulum facit imperfectum
et dicitur colurus quasi circuli imperfecti. **B**ecum
circulus est orizon. i. finitium visus. quod circulo illo
celum et terra videntur proter copulari. **E**st etiam
circulus meridianus designans illam partem zodia
ci in qua sol videtur equaliter distare inter orientem et oc
cidentem et isti duo ultimi circuli non sunt in spe
ra. quod sunt diuersos situs et aspectus variant.
Hucusque **¶**

De galaxia siue lacteo circulo
Capitulum VIII.

Galaxias est circu
lus celestis. ceteris circulis celi pulcri
or et candidior incedens per medium celi
incipiens ab oriente usque ad septentrionem per cancrum
et capricornum procedens iterum ad punctum suum. **D**icitur
autem lacteus circulus quod inter omnes circulos celestes no
tabilioribus claritatem. vnde et de nocte nau
gates et itinerantes dirigunt et deducunt. quanto
autem aura nocturna est serenior et frigidior tan
to incessanter galaxie est manifestior. **S**ecundum autem opi
nionem vulgi galaxias dicitur vestigium solis. quod per
serelinquit sol quando currit in illo circulo. **S**ed aristoteles
hoc dicit esse falsum. quod si esset galaxias ex impulsione
transit solis. opteret quod hec impulsio esset
in signis in quibus currit sol cum alijs stellis mo
bilibus. et videmus esse falsum. quod transcendit
terminos zodiaci vbi sol nullatenus appropinquat

sicut dicitur in libro methaphisicorum. **I**deo anaxagoras et demo
critus dixerunt galaxiam esse ex reflexione luminis
ad aerem sicut in speculo. sed hoc est falsum ut di
cit aristoteles. idemque hoc esse permutat. sicut est per
mutatio luminis. hoc autem est falsum. quod videmus
galaxiam spiritum in eodem loco nec recedit ab eo. **D**icit
ergo aristoteles sic. **I**gnis propinquus orbis est in
flamarum et lucidus et in locis vbi videtur gala
xias se stelle multe parte et lumine et in illis re
lucet fulgor ille. et ideo apparet locus ille magis
radiosus nec recedit ab vno loco orbis. hucusque
aristoteles in libro primo methaphisicorum. ca. ii.

De zodiaco Capitulum IX.

Zodiacus est circulus
obliquus in xij. partibus distinctus equales
que xij. signa a partibus sunt vocata. non
bis autem signantur in qua parte celi sol et planete
immoventur. **S**unt igitur xij. signa xij. spacia equa
liter distincta et stellis notabilibus ab astrolo
gis denotata. vnum autem quodque signum in xxx. di
uiditur gradus. et gradus in lx. diuiditur minuta
et minutum in lx. secunda. ita quod lx. secunda
minutum vnum faciunt. lx. minuta gradum vnum
et xxx. gradus signum vnum. **S**igna autem ista sunt
proprie nominibus appellata sicut aries et taurus
et sic de alijs. **E**t vocantur animalia. non quod animalia
sunt in celo collocata. sed quod in suis effectibus
animalium talium proprietates aliquas repuntant ut per
dicitur. **I**nter ista autem xij. signa quatuor sunt cardina
lia sicut animalia. scilicet cancer in summo. capricornus in
imo. aries et libra in medio. **P**rima duo di
cuntur solsticialia. quod in cancro exiit sol. vltimum
ad nos non accedit. in capricorno remouetur non re
cedit. **I**n primo facit longissimos dies et breues
noctes in secundo e contra. **I**n alijs vero duobus
fit equinoctium in ariete fit vernalis. in libra vero fit
equinoctium autumnale et tunc utroque tempore dies no
ctibus sunt equales. **I**n istis et signis tria sunt ignea
scilicet aries leo sagittarius. tria vero sunt terrea. scilicet tau
rus virgo capricornus. et tria sunt aerea. scilicet gemini
libra aquarius. et tria aquatica. scilicet scorpio can
cer piscis. **E**t inter ista que sunt ignea et aerea sunt
calida et masculina et diurna. **Q**ue vero sunt aquatica
et terrea sunt frigida et femina et nocturna.
Inter ista et sunt quatuor mobilia. scilicet quatuor car
dinalia. scilicet aries cancer libra capricornus. quia

in eis mutat ipul. Et quatuor si fixa in quibus figurat
ipm ipus. i. taurus. leo. scorpius. aqrius. et quatuor
sunt cōtia in quibus ipsa cōmiscēt. i. gemini vir
go. sagittarius. piscis. Et dicunt ista signa do
m^o. qz domicilia sūt bitacula planetar. et ex
his domib^o quōdā dicunt dom^o triplicitatis
quōdā exaltatōis. **N**ā illa signa quae concordant in
vna natura faciūt triplicitatē. et eodē noie uun
cupant. et sicut quatuor partib^o celi ordināt. **N**ā
in oriente sūt ignea. aries. leo. sagittarius. **T**er
rea sūt taurus. uirgo. capricornus in austro. **A**erea
sunt gemini. libra et aqrius in occidentē. **A**quea
sūt cancer. piscis. scorpius in septentrione. **E**t in
istas triplicitatis dom^o fortiores sūt in suis
effectib^o orientales occidentales et septentriona
les australibus. qz in eis nobiliores planete
dñant. **N**ā triplicitas orientalis est prima b^o
solē de die et lunā de nocte. et saturnus partici
pāt eis die et nocte. **T**riplicitas occidentalis b^o
saturnus mercurius et iouē. **T**riplicitas septē
trionalis b^o venerē lunā et martē. **A**ustralis v^o
b^o saturnus mercurius et iouē. **D**icunt in sup
signa dom^o exaltationū. qz planete put ma
gis et min^o exaltant in signorū quōdibus. perfecti
us et virtuosius operant. **N**ā sol b^o virtutem suā
et exaltatōis in xviii. quōdibus arietis. et casum
in eodē gradu libere. **V**en^o b^o gloriā suā
in piscibus. xxviii. quōdibus et casum siue tristitiā suā
in simili casu signi oppositi. i. uirginis. **M**er
curius erigit in uirgine. xv. quōdibus et cadit in pi
scibus quōdibus et tōndē. **L**una erigit in tauri
bus quōdibus et tōndē cadit in scorpiōne. **S**atur
nus erigit in tauri. xxi. quōdibus et cadit tōndē
in ariete. **M**ars erigit in capricorno quōdibus
xxvii. et cadit tōndē in cancro. **J**upiter et caput
draconis erigit in geminis quōdibus et ca
dit tōndē in sagittario. **C**auda erigit in sagi
tario trib^o quōdibus et cadit in geminis. **P**roter
ista vna quōdibus signū diuidit in tres partes quae fa
cies nūcupāt quae in unū est a primo quōdibus arietis
et durat usque ad. x. scda durat usque ad. xx. tertia
durat usque ad. xxx. prima facies arietis dat mar
ti. scda soli. tertia veneri. prima facies tauri est
mercurij. scda lune. tertia saturni. prima gemiorū est
iouis. scda mercurij. tertia solis. prima cācri est ve
neris. scda mercurij. tertia lune. prima facies leo
nis est saturni. scda iouis. tertia maris. prima

uirginis est solis. scda veneris. tertia mercurij.
Prima libra est lune. scda saturni. tertia iouis. prima
scorpiōnis est martis. scda solis. tertia veneris. pri
ma sagittarij est mercurij. scda lune. tertia saturni
prima capricorni est iouis. scda martis. tertia solis
prima aqrius est veneris. scda mercurij. tertia lune
prima piscium est saturni. scda iouis. tertia martis.
Planeta igitur exiit in domo propria b^o quae quae
fortitudines in quōdibus exaltatōis b^o quatuor. in
domo triplicitatis b^o tres in facie vna; aut
duas. et quae magis abundat in planetas nume
ro. magis preualet in fortitudine et quibus planeta
fortior est in domo propria quae aliter et ex fortitudi
ne signi in quae fortificat et ex debilitate debili
tat. sicut fortis vir fortior est in eaque forti quae in
debili. et id astrologi iudicij suis vt di. mi
sael. **P**roterant domos ascendentes. i. ascensum
signorū et planetarū dignitates vt sicut corporū princi
patus et dñum in domib^o angularibus vt
ascendentib^o in angulis vt ab angulis cadent
tib^o coniciāt et iudicēt de futuris. **D**icunt aut
quōdā signa dom^o angularia sicut signa cardy
nalia de quibus supra sūt cancer. libra. capricornus
et aries. quōdā dicunt dom^o succedentes angu
lis. i. taurus quae succedit arietis. et leo quae cancro. et
scorpius quae libere. et aquarius quae succedit capricor
no. **Q**uidā v^o dicunt dom^o cadentes ab angu
lis. i. gemini. uirgo sagittarius piscis vt ptz in fi
gura misael. **S**cdm istorū signorū ortus et
occasus oppositōnes. coniunctiones et aspectus
diuersa prima accidunt in Bmbo. **N**ā sicut di
cit idem autor ista quae sūt in nature et generāt
sub forti signo masculio ascendente et forti pla
neta bono cū bono aspectu in ipso ascendente
exiit fortis et bone sit dispositōis in suo gene
re et e contrario. dom^o itaque anguli prima dom^o
est orientalis. i. signū arietis. **D**om^o v^o celi siue
septentrionalis est cancer. angul^o v^o occidentalis est
libra. et angul^o t^o est capricornus. **H**ec signa quae
tuor angularia marie sunt virtutis et orienta
le plus quae occidentale. et septentrionale plus quae au
strale. vñ angulus t^o est capricornus. **D**om^o succedentes
fortis sicut idē dicit autor. **D**om^o succedentes
se mediocris effect^o et virtutis scz signū ab arie
te scdm. i. taurus. et signū. iij. v. vii. xj. **E**t inter
hec signa siue domos. octauū signū peioris
est operationis et significatōis. et idē vocat

ab astrologis dom⁹ mortis. Reliq⁹ at signa dicunt dom⁹ cadentes. s. iij. v. vii. ix. z. xi. si etiā debilitatis effect⁹ z peioris significatōis z maxie vi. z. xij. Et b⁹ rō est vt di. autor. qz in sexta domo l' signo dñat mars. et iō vocat dom⁹ in firmitatis z debilitatis oim rerū. z in illo signo ē gaudiū maris. z in. xij. est saturni gaudiū. et iō vocat dom⁹ inimicie tristicie z laboris. Signa etiā siue dom⁹ dicunt mutose aspiciere z sitres aspect⁹ pncipales. s. sextil' terci⁹ z quart⁹ aspect⁹. **S**erilis d^r qñ aliq^s planeta in aliq^o signo ascēdēte aspiciat terciuz añ se z terciū post se. Et b⁹ est a terciū i vnde cimū. vbi grāa. **S**i aliq^s planeta fuerit in initio arietis. aspiciat eū q^o est in capite geminorū ante se. z euz q^o est in initio aquarij post se. q^o est signū vndecimū. Et b⁹ vocat sextil'. eo q^o teneat quartā ptem celi. s. gradus. lx. et talis aspect⁹ est laudabilis bon⁹ et fortunatus. Et ei signū dom⁹ dilectōnis medie s^m astrologos vt di. autor. sup^rdic⁹. terci⁹ aspectus fit a qnto signo et nono. vbi grā. plane: ta q^o fuit in initio arietis. aspiciat eum q^o fuerit in leone añ se. z eū q^o fuerit in sagittario post se. q^o est signū nonū. et d^r terci⁹ qz p^rinet terciam pte celi. s. c. z. xx. g⁹us. z hic aspectus est optim⁹. qz ē i signo pfecte amicie vt di. autor. quart⁹ aspect⁹ est a qnto signo z decimo vbi grā. **P**laneta qui fuerit in initio arietis aspiciat illū q^o est in capite cancri añ se. et eum q^o est in capite capconi post se. q^o est signū decimū. Et b⁹ aspectus d^r quart⁹. qz quartaz ptem celi cōiinet. i. xc. g⁹us. et b⁹ aspectus est malus. qz in illo signo ire z inuidie z inimicie sunt z impfecte. vt di. autor. p^rdic⁹. **C**on: iunctio vō z oppositio nō s^t aspect⁹. qñ qz tñ dicunt aspect⁹ abusiue. qñ qz vō signū p^rmū respiciat septimū. vt aries libram. **D**icit aspectus opposit⁹ z est pessimus. qz signū est pfecte inimicie z pessima p^redit. maxie si aspectus fuerit martis z saturni siue sol'. **Q**ñ vō planeta puenit cū planeta eodē signo ascēdente vel in signo sibi cōiuncto añ vel retro tunc d^r: iunctio. et b⁹ pōt esse bona si planete fuerint boni. et ecōuerso mala si fuerint mali sicut di. autor. et hec oia patēt in figura quā posuit autor. iste.

De signo arietis Caplm. X.

Natural autē lingu
 loz signoz pordinē recolligamus
 ex signo arietis exordiu sumentes.
